HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh. Seite 54v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

fuit causa egyptii petendi. qa pugnantib' contra se magno antiocho & ducib' ptolomei posita in medio iudea in contraria studia scindebatur: alius antiocho. alius ptolomeo fauentibus. III. DCCC. LX.

Ptolomeus philometor annis. xxxv. aristobolus natione iudeus peripateticus phylosophus agnoscit. qui ad philometorem ptolomei explanationem in moysen comentarios scripsit. antiochus epiphanes q post seleuci cognomento philopatorem annis. xi. regnauit in syria iudeos legem impugnans. omiaq; ydolorum sordib' coplens. in templo iouis olimpii simulachrum posuit. s; in samaria sup uertice montis garizim iouis peregrini delubrum edificat. ipsis samaritanis ut id faceret petentib'. Verum matathias sacerdos legis patrias uindicat. ad uersus antiochi duces arma corripiens. Quo mortuo ducatum iudeorum suscepit filius eius iudas machabeus anno centesimo. xl. vi. regni grecorum. xxx. mo. aui ptolomei. Qui mox antiochi duces de iudea expellens. & templum ab ydolorum imaginib' emundans. patrias legis p' triennium suis ciuib' reddidit. Vnde post recessum oniae sacerdotis in egypti de quo supra diximus. & morte alchimi q effugato onia pontificatum indignus inuadere tentabat. omnium fauore iudeorum machabeo sacerdotium decernente. qd post mortem eius fr' ionathas sortitus. xviii. annos summa ministrauit industria. III. DCCC. XXXVIII.

Ptolomeus euergetes annos. xx. viii. Ionathas dux iudeorum & pontifex cum romanis & spartiatis amicitias fac. Quo atrifone interfecto in sacerdotium fr' symon assumitur. anno regis euergetis. viii. qd octo annos strenuisse regens filio iohanni relinquit. Hic aduersum hyrcanos bellum gerens hyrcani nomen accepit. & a romanis iusamicitiae rogans. decreto senatus ut amicos relatus est. Samariam quae nro tempore sebaste uocat obsidione capta solo coequauit. quam postea herodes instaurans. sebasten in honorem augusti appellari uoluit.

Ptolomeus fiscon qui & sother annis. xvii. III. DCCC. L. V.